



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

8. Decembris. Plùs Maria dolet Vnigenitum peccato offendi ab hominibus,  
quàm doluerit, eundem crucifigi. S. Ignat. apud Nadas. in an. Mar. n. 670.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

ris, nocentis tamen. Immodicus ille conatus suam frequenter, non Dei gloriam, aucupatur. Extraordinariai, periculosa sunt.

Qui grandes in via virtutis fecisset progressus, si moderatione duce, lento passu, sensim sinè sensu promovisset gradum, is inconsulto cursu sibi remora factus, hæret, ut qui nimium voluit, jam nihil possit.

Ingentia cœlo damna, orco lucra imprudens fervor parit; quantum enim animabus prodesse potuisset, tantumdem solatii additur orco, demitur cœlo. Etiam bonâ mente, nisi hæc discretionis subit legibus, multum errari potest.

## 8. Decembris.

*Plus Maria dolet Unigenitum peccato offendi ab hominibus, quàm doluerit, eundem crucifigi. S. Ignat. apud Nadasi. in an. Mar. n. 670.*

**U**T nulla soli cum tenebris, ita nulla Mariæ cum peccato, seu actuali, seu originali communio: perpetua inter hos oppositio.

Ut causa causæ, est causa causati, sic crucifixionis Christi causa, est peccatum, quam toties repetis, quoties peccas; & hoc quanto Mariæ dolore?

Judæi crucifigentes Christum, non agnoverunt; tu scis, in quem delinquas; pro illis necdum, ut pro te, passus ille fuerat! tot tu, nulla illi, novæ legis Sacramenta in subsidium acceperunt. Vide, quàm Judæis deterior sis?

Mors Christi adeò mala non est, ut etiam inter bona censeretur; erat enim malorum terminus, humanitatis debitum, æternæ felicitatis janua; peccatum verò ità malum est, ut solum malum sit.

Qui colere vult Mariam, Filium non offendat; sic Matris unà, & Filii te filium probabis: quomodo placere possit Matri, qui inimicus est Dei? Hæc pietatis est mædulla, sinè qua nihil profunt omnia.

9. Decembris.

*Superiori, nec si prudentiâ, bonitate, ceterisve quibuslibet divinis donis ornatus, instructusque sit, propterea obtemperandum est, sed ob id solùm, quòd vices Dei gerat. S. Ignat. in epist. de perf.*

**Q**ui propter humanas rationes obedit, ab hominibus præmium expectet, æternum non accipiet; quod Deus non dat, nisi sui causâ obtemperantibus. Nemo

Q 6

mo